

$$\begin{array}{r}
 246 \\
 \times 2 \\
 \hline
 492 \\
 2 \\
 \hline
 492
 \end{array}$$

Probatio per diuisionem.

DE DVPLATIONE.

Duplatio est numeri per 2 multiplicatio, nul-
lam igitur peculiarem speciem constituit.

DE DIVISIONE.

Diuisio est numeri vel per æqualem
vel per minorem partitio.

Sumit autem hæc initium à sinistris, ac nume-
rus qui diuiditur, dicitur diuidendus, is qui diuidit,
dicitur diuisor. Tertius, qui ex diuisione prouenit,
dicitur Quotiens, quia indicat quoties Diuisor in
diuidendo contineatur numero, & scribitur versus
dextram post lunarem virgulam, hoc modo:

$$\begin{array}{r}
 826 \\
 \hline
 4 \\
 \hline

 \end{array}$$

Diuidendus.
Diuisor.
(Quotiens.)

OPERATIO.

Principiò videndum, quoties prima diuisoris in
suprascripto sibi numero contineatur, atque illud
psum ad Quotientem est scribendum, hinc nume-
rum ad Quotientem positum cum Diuisore mul-
tiplico. productum à suprascripto subtraho, vt:

$$\begin{array}{r}
 864 \\
 \div 3 \\
 \hline
 288
 \end{array}$$